

IR
4124.
Dn. Jacobo Schoro,
Concionatori Aulico,
gratulantur Amici.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4124 4° [46,-40]




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4124 4° [46,-40]


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4124 4° [46,-40]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4124 4° [46,-40]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4124 4° [46,-40]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4124 4° [46,-40]

Hielmst. 4124 4° DA box

BIBLIOTHECA REGIA · HAFNIENSIS ·

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4124 4° [46,-40]

REVERENDO ET
Eruditè doctiſsimo viro
DN. IACOBO SCHORO,
ad Concionatoris Aulici officium, in Aulam SONDERBVRGENSEM ab Illuſtriſ. Holſatiæ principe JOHANNE &c. vocato, & eò bonis auibus eunti, gratulantur

AMICI.

ROSTOCHII
Typis Stephani Myliandri.
Anno 1598.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4124 4° [46,-40]

ERudite IACOBE, ſancta PAVLI
Tarſenſis documenta jam memento,
Tibi, quàm mihi, fortè notiora.
Si quis munus Apoſtoli appetiſcit.
Is laudabile munus appetiſcit.
Te quamvis nihil illud appetentem
Reluctantem etiam, Deus vocauit,
Et præſtabilis eruditionis
Virtutisque tuæ, IACOBE, teſtes.
Teſtes dico, patres tibi colendos
Præcones Roſei ſacros Lycei.
I, nutum ſequere & Dei vocantis
Et ſuffragia teſtium probantum.
Vt feliciter omnia auſpiceris
Vt feliciter omnia exequaris,
Actionibus & tuis benignè
Vt Deus benedicat vniuerſis,
Tecum ſuppliciter Deum precabor.

MARTINVS BRASCHIVS
Profeſſor Logices.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4124 4° [46,-40]

NIl prius aut melius toto Sol aſpicit orbe
Æterni præcone DEI, qui in ſede repoſtus
Illuſtri, vitâq; alijs, & voce ſacratâ
Rite viam præit ad cæleſtis gaudia vitæ.
Talem te finxit ter maximus ille Deorum,
SCHORE, decus Charitum, & Graiæ Latiæq; Camænæ
Eximium, æterniq; excellens myſta tonantis.
J bone, quò virtus tua te, atq; Eccleſia Chriſti
Jam vocat, & Spartam, quam nactus es, acriter orna.
Hanc, quæ nunc fugiens terras pauefacta requirit
Alma fides pietasq;, & amor procul exul ab orbe
Auxilio superûm revocans ad tela diei.
Hinc quondã in cœlis Sole & radiantibus aſtris
Clarior, æternæ decorabere lucis honore.

EILHARDVS LVBINVS.

IACOBVS SCHORVS.

Anagramma.

HV! OS! CORVSCABIS:

QVem pia fata vocant, nec ceu Lupus intrat Ovile,
(Nimirum vitæ conſcius ipſe ſuæ.)
Nec prece amicorum rapit ad ſe ſacra, gregisq́;
Nomen Apoſtolicum divitis ære petit.
(Ceu videas paßim jam-nunc venalia ſacra,
Et pluris duci gratiam opesq́; Deo.)
Is poterit Chriſti non ſervus inutilis eſſe
Et ſibi commiſſas paſcere ſolus oves.
Non negat is pecoris cauſa vitare dolorem
Servandi; non hunc ulla pericla movent;
Ipſe Coruſcabit, ſi non in pulvere terræ,
Attamen in Iovæ ut ſplendida ſtella domo.
At quemcunq; favor, ditũmq́; pecunia jußit
De Cathedra, ampullas ore tonare, DEI.
Nec tamen aut rerum cauſas aut pondera novit,
(Scilicet ô patrij portio grata gregis.)
Is licet exclamet ceu Stentora vincere vellet
Et pulſet Cathedram terq́; quaterq́; ſuam

Is,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4124 4° [46,-40]

Is, licet oblongo deverrat ſyrmate terram,
Et naſo Cœlum tangere tentet! Hu-i!
Is, licet huic ingens dependeat undiq; barba,
Quà barbà barbam vincat Ariſtotelis.
Ille lyram eſt tamen ad Chriſti uſq; miſellus Aſellus,
Eſt Lupus, eſt Vulpes, Sus, Canis, atq; Latro.
Cui DEVS inclamat, veniſti perfide, nulli
Miſsus, & intraſti Fur velut atq; Latro.
Felix ô igitur, felix multûmq; beatus
SCHORE! heîc tranquillo cuî licet eſſe animo.
Non etenim Favor, aut magnorum dona Deorum,
Scandere fecerunt te hoc decus eximium.
Sed tua Laus, Virtus, Doctrina, modeſtia morum,
Impoſuere tibi muneris illud onus.
Quare age, doctrinà ſuffulci Principis aulam,
SVNDERBVRgica eſt arx ubi ſtructa, tui,
Qui te Roſtochium duxit, jam jamq; reducit,
Hic benè cuncta facit, fecit is, & faciet.
Tu tantum Os aperi, & mordaces comprime linguas,
SCHORE CORVSCABIS, quid ſono?
(SCHORIEne abis?

M. ALBERTUS VVICHGREVIUS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4124 4° [46,-40]

FVnditus intereant ſacri ne myſtica verbi
Dogmata, Paſtores excitat ipſe Deus.
Prouida cura Dei ſic te nunc Schore vocavit,
Vt doceas Chriſtum juſtificamq́; fidem.
Scilicet hic ſtudij eſt & fructus & unica meta
Æternum viva voce ſonare Deum.
Vnde adeò Iacobe tibi de munere tanto
Gratulor, officio fauſta precorq́; tuo.
Alma Trias largo qui ſpondet fœnore meßem,
Divite ſi fuerint ſemina ſparſa manu;
Is nempe ætherei te miſſa flaminis aurâ
Irrigat, ac animum perpete fonte beat.
Quo ſupereſſe diu & ſacro invigilare labori
Poßis, commiſſo dicere grata gregi.
Dicere grata gregi, quæ ſacra volumina ſacris
Suppeditant magnâ fertilitate viris:
Eja age nunc humeris tibi quod Deus ipſus utrisq́;
Impoſuit; ſanctum ſuſcipe munus ovans:
Nam licet id durum, multisq́; hinc inde periclis
Expoſitum, molle at, credito, fiet idem;
Tunc ubi ſupremum ad conamina dia vocabis;
Feceris & munus ſedulitate tuum:

Hac

Hæc ſat erunt, jam tu fatis diſcede ſecundis,
Sit tibi cura mei, ceu mihi cura tui.

M. BERNHARDUS VVOLDE-
rus Roſtochienſis.

ERgone VARNIAdum Muſarum, SCHO-
RE relinquis
Clarum Phœbeis hoſpitium uſq; ROSIS?
Siccine tu Nymphas & Balthica deſpicis arva?
Siccine amicitiæ fœdera rupta trahis?
Sed te fata trahunt, trahit & te Rector olympi:
Te quoq; ſelectum CIMBRICA terra trahit.
CIMBRIca namq; vocat te magni principis aula,
Sinceræ doceas ut pietatis iter.
Haud temerè iccircò dilectas deſeris oras;
Sed pares monitis imperioq; DEI.
Namq; viris doctis tua nunc ſolertia nota eſt,
Inq; Miniſterio dona probata patent.
Sacrarum ergò frequens tua nunc meditatio rerum
Reddenda eſt ducibus conſpicuiſq; viris.
Dum ſic excellens te doctæ mentis acumen
Promovet, EN laudum clara trophæa geris.

Adde

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4124 4° [46,-40]

Adde quod alma regens placidos moderatio mores
Fecit, ut ad laudes adijceretur amor.
Namq́; Dei verbi normam eſt quicunq; ſecutus,
Virtutum & Phœbi congrediente choro?
Hunc Deus & virtus præclaris dotibus ornant,
Ornatum eximijs aſſociantq́; viris.
Ingredere ergò viam Chriſto duce & auſpice Chriſto,
Vt doceas populum dogma ſalubre Dei.
Teq́; Deus præſens Cathedras araſq́; regentem
Dirigat, informet linguam animumq́; tuum.
Anchora ſit Chriſtus ſtabilis, portuſq́; ſalutis,
Sitq́; gubernator Spiritus ipſe ſacer.
Tuq́; piam vitam, nitidis virtutibus auctam,
Quam tibi commiſſus grex imitetur, agas.
Ipſe Deus Satanam frenet mundiq́; furorem,
Atq; à te pellat cuncta pericla procul.
Vt ſic intrepidè perfungens munere ſancto
Illuſtreſq́; ſolum multipliceſq́; polum.
Felix optatas nunc deporteris ad oras,
Sub placidis alis præſidioq́; DEI.
Intereà Charites ROSEÆ gratantur honori,
Quem tibi CIMBROrum turba benigna feret.

HENRICVS STARCKE
Neoburg. Med. St.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4124 4° [46,-40]

4124.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4124 4° [46,-40]